

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amor g  
cum fonte primo

Beatus qui amat te et amicum in te  
et inimicum propter te.  
Solus ille nullum carum amittit  
cui omnes in illo cari sunt qui non amittitur.

Te nemo amittit nisi qui dimittit,  
et quo it nisi  
a te placato ad te iratum.

Augustinus libro confessionum.

Beatus qui amat te et amicum in te  
et inimicum propter te.  
Solus enim nullum carum amittit,  
cui omnes in illo cari sunt, qui non amittitur.  
Et quis est iste nisi deus noster, deus,  
qui fecit caelum et terram et implet ea,  
quia implendo ea fecit ea?  
Te nemo amittit, nisi qui dimittit,  
et quia dimittit, quo it aut quo fugit nisi  
a te placido ad te iratum?

Augustinus Hipponensis, *Confessionum libri*  
*XIII.*, 4.9 (CCSL 27, L. Verheijen ed., p.47,  
ll.6-11).